Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

nel

quia et sint simplices intellectum operis huius ut fideles sint ad dispensandos eorum reditus et non devorent quas sunt viduarum et ut memores sint pauperum et occasionem accipientes ex eo quod scriptum est Dominus committit hijs qui eum gloriam poterunt de evangelio vivere amplius quam
tum quam ad usum simplicem et victum vestitumque et ut non amplius teneantur nobis quam hijs qui necessitate patiuntur. prudentes autem ut prudenter intelligant indigentium causas. propter quod sunt indigentes et unius cuiusque dignitatem quomodo educatus est et quantum necesse habet. Intelligenda est sapientia opus est ei qui bene vult dispensare ecclesiasticas redditus. Sit
ergo fidelis servus et prudens. ut non effundat irrationabiliter spiritale cibum quibus non oportet volens ostendere se esse prudentem. vel ut qui magis necesse habent cibum quo mores eorum edificentur et vitam componat. quam que illuminat scientie luce aut ut necesse quod possunt acute audire. pigeat exponere altiora necessi
tates ne illa contempnentur ab hijs qui naturaliter sunt ingeniosi. aut per exercitationem scolaris sapientie acuta. Crisostomus. Adaptatur etiam ad principes seculares. haec parabola. Unusquisque enim hijs quas habet
Tomel
ad communem utilitatem uti oportet non ad nocumentum conservorum. nec ad perditionem sui ipsius. Sed haec tamen sic principatum. sed ad quod eius. Rabanus. Domus
Christi est. familia ecclesia catholica. Difficile est ergo invenire bono et utroque
ne sic fidelis non tamen impossibile. non enim beatificaret eum quod non potest esse cum subditur. Beatus ille servus quem cum
venerit dominus eius invenerit sic facientem. Hylarius. id est precepto domini sui obedientem ut doctrine opportunitatem cibum inuitetis ecclesie familie dispensator. Remigius. Notandum est quia sic magna distantia est
meritorum inter bonos predicatores et bonos auditores. ita magna distantia est premiorum. Bonos enim auditores si vigilantes invenerit
faciet discumbere ut Lucas dicit. Bonos autem predicatores super omnia bona sua constituet. Unde
sequitur. Amen dico vobis quoniam super omnia bona sua constituet
eum. Origenes. id est conregnet cum Christo cui omnia sua tradit pater quod sicut bonus patris filius super omnem patris substantiam constituit participat hijs dignitatem et gloriam fidelibus et prudentibus dispensatoribus suis ut sint et ipsi super omnem creaturam. Rabanus. Non ut soli
haec ut pre ceteris eterna premia possideant. cum plurima vita. cum peregrinis custodiam. Hylarius. Vel super omnia bona constituet. id est in gloria collocabitur. quam nichil est melius quod melius sit. Crisostomus. Deinde non solum ab honore quod immineret bonis hac aperna quia minatur malis erudit auditorem cum subdit. Si
autem dixerit malus servus ille in corde suo. moram facit dominus meus venire
et ceperit percutere et cetera. Augustinus. Sermonibus hijs servi apparet animus eius. quos mores vero breviter idco
magis bonum carnaliter exprimere. vel sit bianum cum dicit
Et ceperit percutere conservos suos. atque luxuriam
cum dicit. Manducet et bibat cum ebriosis. Neque
dicebat. Moram facit dominus meus. desiderio domini sui dixerat. Et ardebat ille quod dicebat. Sicut cerva
anima mea ad deum vivum quando veniam et apparebo ante faciem dei. Moras sibi pati molesti ferebat quas quasi tempore accelerat. desiderio tardum est. Origenes. Peccatum est idem quicunque episcopus etiam quasi conservos
ministrat. sed quasi dominus et frequenter ut amatores Dominum ...
dominatur et non esurientes suscipit. hic epulatur cum ebriosis et sic comminatur quia post multum tempus venit. Rabanus. Typice potest intelligi conservos percutere. conscientias infirmorum verbo vel exemplo violare. Jeronimus. Veniet enim dominus
servi illius in die qua non sperat et hora
qua ignorat. ad hoc dicitur ut sciant quoniam non putatur adventum eius esse venturum. Et vigilantie ac sollicitudinis dispensatores admonitos quod dicit. Dividet eum. non est intelligendum quod gladio eum dissecet. sed quod a consortio eum separet. Origenes. Vel dividet eum quando spiritus eius id est spiritale donum revertetur ad deum qui dedit eum anima autem cum corpore suo

Illic erit fletus et stridor dentium.

ad ecclesiasticum